Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ars versificandi et carminum condendorum Henrici Bebelii

Bebel, Heinrich

Colonie, 1507

VD16 B 1101

Rebelius ad lectorem

urn:nbn:de:bsz:31-293522

Visual Library

Gebelius ad lectorem

Habes lector de quantitate ſyllabarum et condendis carminibꝰ libellum. quem ſi diligenter introſpicere et pellegere volueris. Inuenies me tibi plurimum conſuluiſſe. non enim credo quemq̃ ante me exactius et perfectius tradidiſſe artem illā. ſed non adeo. vt oīa comprehenderim. neq̃ enim quiſq̃ ſatis certas regulas omnibus vocabulis tradere poteſt. Dū nō omnia in carmen hactenus tranſierint. et latina ſolo exemplo et auctoritate conſtent. greca infinita ſint. nec aliquo paruo volumine cōprehendi poſſint. Hinc tibi ꝛ cuilibet dabit̄ ex diligēti poetarū et grecorū lectione addere et augere reglas. mihi ſufficiat ea greca magna ex parte cōquiſiſſe. q̄ ſunt apud latinos poetas celebrata. nec eñi vellem greca vocabula ſaltē crebro īſerere meis carminibus niſi que eſſent ab aliis añ ſcriptoribꝰ latinitati donata. et facile. mediocriter grece lĩgue literatꝰ poſſit eius quātitates ex literis perpetue quibuſdā lōgis. q̄buſdā breuibꝰ diiudicare. In hoc igit̄ opuſculo de proſodia. maxīe fere ꝛ nobiliſſima grāmatices parte tractatur. q̄m q̄cūq̃ hac parte caruerit q̄cūq̃ is eruditione īſignitꝰ fuerit. cuiuſcūq̃ honeſte diſcipline titulo ſupbiat. et ſi oratoria p̄cepta ad vnguē teneat. īfantiſſimꝰ ē nec niſi īepte ꝛ ridicule et ſine dignitate de re quacūq̃ diſſerere et ſermocionari valebit. dūq̃ longā breuiarit. vel ecōtrario correptā lōgauerit manifeſtariū barbariſmū ꝛ ī latino ſermone intolerabilē vl' cūctorū grāmaticorꝝ iudicio feciſſe iudicet̄. Sed ego quātū in ea re laborauerim q̄ exacte ꝛ ſupra alios quos hactenus vidi tradiderī. ſit omniū eorꝝ iudiciū q̄ ſine felle. ꝛ ſyncera libra aliorꝝ labores trutinare gaudent. Admonēdū q̄q̃ te vellē optime lector. h īterdū ꝓpter maiorē cautionē etiā poſuiſſe me ad reglas ſpeciales. q̄ generalibꝰ ꝯtinet̄. Itē que diphthōgo Et īterdū poſitione lōgabāt̄. pſerti illorꝝ nominū ſyllabasq̃ vera ſcriptura adhuc multis ī dubiū vocat̄ ꝛ grecorꝝ q̄ nō oībꝰ nota ſunt. q̄ ſi īterdū (vti ē imbecillitas hoīm) ſuꝫ lapſus. nō me pigebit (vt vtar ꝟbis Priſciani) dū viuo ꝛ hec ꝛ quecūq̃ ſcripſero vl' mea diligētia vl' amicorꝝ monitu. vl' īuidorꝝ vituperatiōe. ſi iuſta fuerit emēdare. Sed ille īgratꝰ ē. q̄ ī vno alterove errore mihi veniam denegabit. Nā ꝛ ego oēs illos q̄s vnq̃ legi de hac re poſſū oſtēdere īterdū erraſſe. Et aliq̄s ī multis. nolo tñ eorꝝ erroribꝰ īſultare. quorū bene dictis ſum in multis adiutus. Tu ita facias et cōpēſes bene dicta cū erroribꝰ ꝛ minꝰ in aliorū labores debacchaberis. Vale.

Landesbibliothek
Karlsruhe